



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Grandimontensis Abbatia, in d. Lemonicensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

1076.

Hos, anno 1079. amouit *Philippus I. Rex Henrici filius*, & monasterium ipsum S. *Hugoni Abbatii* tunc Cluniacensi subiecit. Atque ex eo tempore Martinianum hoc monasterium cœpit esse Prioratus à Cluniacensibus dependens. De monasterio isto plura qui volet, legat librum cui titulus *Martiniana*, Parisijs sine nomine auctoris, anno 1606. excusum, & Iacobum Breulium libro de Antiquitatibus Parisiensibus,

## CAPVT LXIV.

*Grandimontensis Abbatia, in d. Lemoniensi.*

**P**ost reformationem Cluniensem annis ferè centum, surrexit, & alia ordinis monastici in Gallia, restrictio, à monte, in quo inchoata est, *Grandimontensis* vocata. Hæc agente S. Stephano Abate, legitur propagata. Natus Stephanus in Aruernia nobilibus parentibus, patre Stephano, Mureti oppidi domino (quod est in suburbano Lemonicensi, à quo & familia Mureta, vt refert, Franciscus Bencius in laudatione funebri M. Antonij Mureti, nomen accepit) ad Milonem Beneuentanum Archiepiscopum, in lege domini, & monastica disciplina, erudiendus missus est. Hic spatio duodecim annorum probè edocitus & instructus cum fuisset, defi-

derio

derio eremiticae vitæ inflammatuſ, diſceſſit  
& multis eremis peragratis, locum tandem  
aliquem, quo liberiūs Deo vacare posset, ſibi  
deligere cupiens, patriam repetijt, Muretuſ  
montem ascendit, eumq[ue] ſuo defiderio &  
voto aptum inueniens, pedem ibi fixit, & par-  
uo tuguriolo conſtruēto, ibidem monaſticam  
eremiticamq[ue] ſimil vitam asperriſtam du-  
cere cœpit, anno Christi Saluatoris 1006. Pa-  
niſ ei obſoniuſ, potuſ aqua, requies nudæ ta-  
bulæ, vefteſ viles & leues, quas nullo calore  
minuebat, nullo frigore perangebat, indu-  
mentuſ fuiffe perhibentur. Talibus armis  
per quinquaginta annos diabolo deuicto, carne  
domata, & mundo triumphato, plurimiſ  
monachis, sanctitatis fuſe fama, miraculo-  
rumq[ue] gloria allectis, & præceptis ad S. Be-  
nedicti regulam optimè informatis, congre-  
gationem ſuam inchoauit. Hanc cùm aliquot  
annis sancte & sapiēter rexifſet, tandem pietate  
mirificus in Dño quieuit anno, qui erat ab  
eius nativitate 1056. ætatis fuſe 80. & in mo-  
naſterio ſuo ſepultuſ, apotheofi donatus eſt,  
ad Idus Februarias festo dicato. At non multo  
pōſt tempore, diuino monitu Petru Abbati,  
eius ſucceſſori, facto, monachi in eum, quem  
nunc habitant, Grandimontenſem locum mi-  
grarunt: à quo, & moaſterio, quod tunc no-  
nuum conſtruxerunt, in eoque S. Stephanum,  
quem ſecum aſportauerant, condigno  
honoř ſepelierunt, & toti congre-  
gationi nomen aptatum.

Prio-